MAGNUM LEGENDARIUM AUSTRIACUM (PARS V: 1.9. 1.11.)

Melk, 1471

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36448
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Qui cum tentus fuisset a quodam torquato
tribuno et missus in custodiam mamerti
ni, post triduum intimavit alexandro
torquatus palmacium in custodia mancipa
tum. Tunc alexander gaudens iussit eum
sibi presentari et vinctus cathenis ingreditur
ante alexandrum. Tunc alexander ius
sit eum solvi, et dixit ei: Sic amens
factus es ut deseras deos et queras homi
nem mortuum. Palmacius tacuit. Dixit
ei alexander: Loquere fiducialiter ne time
as. Respondit palmacius: Si datis licenciam loquendi
veritatem. Dixit ei alexander: Excepta
iniuria deorum loquere. Dixit ei palmacius:
Optime princeps, si adoratis non sunt dii, sed
sunt facti hominum mortalium. Modo
cognoscat quidem mansuetudo vestra qui
debent coli: qui est, aut qui fabricatur a mor
talibus, et quales sint vos iudicate. Sed
deprecor ego infelix claritatem tuam ut di
cas deo tuo et loquatur, ut dum eum interroga
vero respondeat mihi, et dum hoc factum fuerit
non desero deos quos tu dicis. Dixit ei
alexander: Et quomodo amabiliter tu a
dorasti eos et modo derelinquis eos? Respondit
palmacius: Feci quasi infelix; modo
autem cognovi quod verum est. De qua re
precor dominum ut ignoscat mihi, quia ignorans
peccavi. Eadem hora subridens alex
ander tradidit eum cuidam simplicio se
natori dicens: Habe eum penes te sine
aliquo timore, sed mollibus sermonibus
revoca eum ad culturam deorum. Talem enim
hominem res publica nostra necessarium ha
bet. Accepto palmacio simplicius se
nator vestimentis allatis nobilibus in
duit eum et duxit in domum suam. Tunc
simplicius precepit hoc uxori sue vel ma
ioribus domus sue, ut omnem domum sim
plicii in potestate haberet. Tunc palma

cius ieiuniis et vigiliarum studiis non cessa
bat lacrimis deprecari deum, ut primas ageret
de errore suo. Venit autem ad eum quidam
felix nomine, cuius uxor clemencia iacebat
annis quatuor, et misit se ad pedes palma
cii dicens: Confessor domini, ora pro ancil
la tua blanda uxore mea ut liberet de
lecto doloris, et ego percipiam baptismum
cum ea; quia diu est quod morbo paraliti
co tenetur, eciam facultas mea deficiet. Et
palmacius presente uxore simplicii et omni
familia cecidit in terram et cum lacrimis
orabat pro salute blande. Eadem hora ve
nit blanda pedibus suis currens ad do
mum simplicii senatoris clamans et di
cens: Baptiza me in nomine domini nostri ihesu
christi, qui tenuit manum meam et levavit
me. Tunc cepit felix urgere beatum pal
macium ut baptizaret. Eadem hora be
atus palmacius misit nuncium ad beatum
calixtum episcopum, et veniens baptizavit
felicem cum uxore sua simul et simpli
cium senatorem et uxorem eius et filios et
familiam eorum et animas fere promiscui sexus
numero sexaginta octo. Hec audiens
alexander quod multitudo hominum bap
tisma percepisset per beatum calixtum episcopum,
misit exercitum militum et tenuit omnes
qui baptismum perceperant, quos precepit
capitalem subire sentenciam, et per diversas
portas urbis rome capita eorum suspen
di ad exemplum christianorum.

Tenuit autem et sanctum calepodium
quem fecit occidi gladio et corpus
trahi per civitatem sub die kalendarum maii. Cuius
corpus iussit iactari in tyberim ante in
sulam licaoniam. In ipsis diebus fugit beatus
calixtus cum decem clericis suis et abscon
dit se in domo cuiusdam ponciani, et nocte
rogat piscatores qui invenerunt corpus